

tenebrarum magno cotidie sui ambitu atque circuitu regionem lucis ac noctis includere: quantae res humanae praetenderetis oculis nostris vestri admirationem, nisi a vobis usus frequentior raperet miraculi dignitatem. Credo et in Spiritum sanctum: vides quia sicut Patri et Filio, ita Spiritui sancto defertur credulitatis privilegium.

### DRACONTIUS, BLOSSIUS AEMILIUS (saec. V)

#### CARMEN DE DEO

- |      |   |                       |
|------|---|-----------------------|
| 1415 | <p>Lib. II. [...] Qui nasci dignatus homo, membratur in artus<br/>           Sanguine femineo concretus spiritus almus,<br/>           Fitque Deus post templa poli sub carne, figura<br/>           Passibilis, mortalis homo sine fine perennis:<br/>           Et tenuis per cuncta vapor, iam mollior ignis<br/>           Irrepsit, tenerumque parat per viscera corpus.<br/>           Induitur compage Deus, structura ligatur<br/>           Ossibus, et nervis, pinguescunt intro medullae,<br/>           Hinc eruor, hinc humor, solidatur musculus omnis,<br/>           Et caro plasmatur. Quid sanctus Spiritus illuc<br/>           Egerit, ipse potens novit, qui cuncta creavit;<br/>           Qualiter aure Deus, verbo fetante marito,<br/>           Virgineos intrasse sinus dignatur, et alvum,<br/>           Terrarum, coelique capax, atque ignis anheli,<br/>           * Aëris, et pelagi, sed non capiendus ab isdem,<br/>           Claustra puerperii passus sub lege creandi,<br/>           Vel quaecunque subit diversi temporis aetas.</p> | PL<br>60, 778         |
| 1416 | <p>Tempora mutantur, te nunquam saecula mutant,<br/>           Qualem prima dies, talem simul ultima noscet.<br/>           Cum te non caperent coeli, terraeque, fretumque,<br/>           Aëris et spatium, modico te corde reponis<br/>           * Pectoris humani, conceptus mente fideli.</p>   | *779<br>PL<br>60, 818 |

- PLS III, 556, 610, 611, 618, 619, 642, 700.
- IUVENALIS HIEROSOLYMITANUS († 458). Vide locum, Iuvenali attributum, sub titulo «Incertus Auctor».